

15* *Stirling.* Upon the rock below the castle this inscription was graven, which was sent to me thus., and seemeth to have been the chief quarter of the second legion, this being the main pass to the north countries, which was guarded by it SIBB. Upon a rock on the north side of Sterling Castle, . . it does not appear Roman; some suppose it to be in the Highland tongue HORSL.

Sibb.:
IN EXCV AGIT II
LEG

Horsl.:
DE
IXIEX COTHA⁴IS
O I LET ALM
RE

Sibbald mus. Balfour. p. 205, *hist. inq.* p. 35, comm. in Agric. p. 80 (inde Gibsons Camden p. 958 et 1101); Horsley p. 206 'taken by a careful and impartial hand'.

A Sibbaldo eiusve amicis interpolatam esse apparet, ut significaret in *excu(bis) agit II (secunda) le(gio)*. Sed potest etiam subesse christiana.

16* Fragmenta duo tabularum lapidearum servantur in museo publico Perth oppidi, in quorum altero vir armatus curriculo a duobus pantheris vecto insidet, in altero scriptum est litteris altis

M^{ERCVR}
I^{VS}

Contuli. Stuart p. 207 tab. 6 fig. 7. 8. Novicia esse fragmenta ambo forma litterarum atque operis anaglyphi demonstrat.

INSTRUMENTVM.

17* Ansa amphorae magnae, rep., ut affirmant, in *Castlefield* prope *Manchester*. Servabatur in museo Caroli Bradbury, of the *Crescent, Salford*; nunc est in the *Peel Park museum, Salford*. Ansam ipsam genuinam esse testantur periti. Litterae intra tabellam ansatam insculptae sunt ab I. Barritt quodam, a well known local antiquarian some 50 years ago.

COH RI
FRISI AVG
VOVIANVM
SP XXIII

Vidi, sed describere non potui; ectypum misit Ioh. Plant musei Salfordensis curator intercedente Iacobo Yates amico Londiniensi. *Lancashire et Cheshire historic soc.* 5, 1853 p. 217; I. Harland *collectanea relating to Manchester and its neighbourhood* (1866) p. 49, qui cum olim genuinam iudicasset postea de fraudis auctore certior factus item damnavit. Eius librum non vidi, sed indicavit Plant. Omnino falsam esse testatur etiam A. W. Franks.

Ficta est ex n. 213.

18* *Leicester* (Ratae, supra n. 1169), tegulae repertae a. 1854 in *Bath lane*.

LEG · VIII

Thomas Wright *assoc. journal* 19, 1863 p. 46.
Sunt sine dubio legionis sextae Eburacensis.

19* *Conwy, Carnarvonshire*; tegulae. Item prope ecclesiam of *Caer hyn*.

LEG · X

Goughs Camden 3 p. 190 qui habuit a Guilelmo Brickdal, *rector of Llanrwst*. Erravit sine dubio qui descripsit; fuerunt fortasse legionis secundae.

20* Tessera formae ovalis (lapidea, ut videtur), reperta in *Cookham Wood* prope pagum *Frindsbury*, in *Kent*; servabat the Rev. Dr. Joynes, of *Rochester*.

<i>in antica:</i>	<i>in postica:</i>
TI · CLAVD	· VAL · MESSALI
<i>manus lancem tenens;</i>	<i>avis</i> NA
<i>pone faces duae</i>	

W. Macpherson Rice *Archaeologia* 22, 1829 p. 435. Certo falsa.

21* *Camuloduni (Colchester)* dicuntur repertae esse tesserae non paucae rotundae ex terra cretacea factae; servantur in museo urbico. Inscripti sunt tituli veluti

coturnix aelian
etkeron

Winchopp *archaeol. journ.* 6, 1849 p. 72 (cf. Wright *the Celt* p. 254). Ego vidi, sed describere nolui, quia novicias esse patet omnes.

22* In *Gurnard Bay, isle of Wight*, inter parietinas aedificii Romani dicuntur repertae esse tessellae rotundae plumbeae, inscriptae

a	T · C	f	V · H
	E		
b	FF · C	g	XC · I · C
c	I · C	h	H · A · T · C
d	I · M		
e	O · T		et similiter

E. Kell *assoc. journ.* 21, 1865 p. 228 ss. Novicias esse mihi testis est Franks.

23* Vasculi vitrei parvi, coloris flavi, fragmentum rep. prope *Holme Point, Nottinghamshire*. Inscriptionis superest vocabulum unum tantum, infra aviculam, hoc

SEMPER

Bateman *assoc. journ.* 3, 1847 p. 298 cf. 8, 1853 p. 191 (Wright *the Celt* p. 229). Videtur esse aetatis mediae.

24* Anulus aereus inter antiquitates, quae Rutupii dicuntur repertae esse, servatus Cantabrigiae in collegio Trinitatis. *Its face bears the letters*

†

arranged in a square as a monogram, and the outside of the shank is engraved with the inscription

STIMIVPAMATON

courious from the very late form of the final s and A, which apparently belong to a later period than that of the departure of the Romans from this island.

C. W. King *antique gems* (1860) p. 290.

Nolui omittere hoc loco, ne fallat; sed recta puto ab eo qui edidit attributum esse anuli huius titulum mediae aetati quae dicitur.